UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 11. Bulla Alexandri V. pro Mendicantibus a Joanne revocata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66281

Visual Library

§. XI.

Bulla Alexandri pro Mendicantibus a Joanne revocata.

Idem Pontifex die vigeſima ſeptima Junii Bullam, quam Alexander V. Anno præcedenti in favorem Religioſorum Mendicantium promulgaverat, abrogavit, & aliam Conſtitutionem eodem die edidit, in qua præcepit, ut attentis querelis ad ſe delatis, & tumultibus cum ingenti Religionis ſcandalo inde exortis, cuncta ad eundem, quo ante Prædeceſſoris ſui Bullam fuerant, revocarentur ſtatum, dictumque Breve haberetur, acſi nunquam conditum fuiſſet, eodem quoque modo, quicquid vi hujus Bullæ hucusque actitatum fuiſſet, pro nullo reputari deberet. Simulque prohibuit, ne quisquam, cujuscunque demum conditionis foret, Alexandri V Bulla uti, aut illius Auctoritate niti attentaret.

Hiſt. Univerſ. Paris. tom. V. p. 204
Vid ſupr. lib. CI. §. 180.

§. XII.

Pontificis Oratores ad Univerſitatem Pariſienſem.

Non deerant ſuæ Pontifici rationes, quibus permotus Prædeceſſoris ſui Bullam revocaſſet, probe enim noverat,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN